Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et credimus ei Confidit in deo: liberet eum nunc si
vult Dixit enim quia filius dei sum Idipsum autem
et latrones qui crucifixi erant cum eo: improperabant
ei Sexta autem hora tenebre facte sunt super vniu
sam terram: usque in horam nonam Et circa horam no
nam clamauit iesus voce magna dicens Heli
heli lamazabathani Hoc est deus meus: deus me
ut quid dereliquisti me Quidam autem illic stan
tes et audientes: dicebant Helyam vocat iste
Et statim currens vnus ex eis: acceptam spon
giam impleuit aceto: et imposuit harundini: et
dabat ei bibere Ceteri vero dicebant Sin et videamus
an veniat helyas liberans eum Iheslus autem clamas
iterum voce magna: emisit spiritum Et ecce velum
templi scissum est in duas partes: a summo usque deorsum
Et terra mota est: et petre scisse sunt: et monu
menta aperta sunt: et multa corpora sanctorum qui
dormierant surrexerunt Et exeuntes de monu
mentis: post resurrectionem eius venerunt in sanc
tam ciuitatem: et apparuerunt multis Centurio
autem et qui cum eo erant custodientes iesum: viso
terre motu: et hys que fiebant: timuerunt valde
dicentes Vere filius dei erat iste Erant autem
ibi multe mulieres a longe: que secute erant ie
sum a galylea ministrantes ei Inter quas erat maria
magdalene et maria iacobi et ioseph mater: et
mater filiorum zebedei Cum sero autem factum esset: ve
nit quidam homo diues ab arimathia: nomine ioseph
qui et ipse discipulus erat iesu Hic accessit ad pi
latum: et petiit corpus iesu Tunc pylatus iussit
reddi corpus Et accepto corpore ioseph inuolut